Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

missi sunt et sic in mare precipitati circa
annos domini cc.lxxxvii. Sub nominibus
quatuor istorum .v. statuit melchiades predic
tos IIIIor coronatos vocari antequam quorum
eorum nomina reperirentur. Et licet postmodum
nomina reperta fuerint. usus tamen optinuit
ut .iiii. coronati deinceps vocarentur.
Deus qui nos beati Theodori. Oratio.
Theodori martiris tui confessione
gloriosa circumdas et protegis. presta nobis
eius imitatione proficere. et oratione fulciri.
Theodorus in urbe Lectio prima. De
marmaritanorum martirium passus
est sub Dyocleciano et Maximiano.
Cui cum preses diceret quod sacrificaret. et
pristinam miliciam reciperet. respondit The
odorus. Ego milito deo meo et filio
eius ihesu christo. Cui preses. Ergo deus
tuus filium habet? Cui theodorus. Etiam.